



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

Festum Ascensionis D. N. Jesu Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

2 FESTA MOBILIA.

ronæ? Ecce ultrò laurus in seruum abit,
æternam viriditatem sperans , si hæc
tempora contigerit. Sed & tu abi in
ignes omne aurum , & exi corona
Triumphatori meo. At tu cape has coro-
nas victor Amor , & si omnibus his rosæ
fæse immisceant , ne has repudia. Spinæ
nuperæ dederunt.

Susceptis tecum aromatibus Dominicum
visere cura sepulchrum. Ibi lacrimas de-
votionis effunde ; nec usqnam divertas ,
donec resuscitati Domini teneas vestigia ,
contrectes manu ac lenias osculis clavorum
foramina. Illum audi loquentem , agnosce
viventem , dilige diligentem. S. Laur. Iust.
serm. de Resur. D.

FESTUM ASCENSIONIS D. N.
JESU CHRISTI.

Io ! iterum: iterum Io ! iterum Trium-
phe ! Ecce amor meus triumphans
Capitolium cœleste petit ! Ecce obvios
omnes cæli cives ! Ecce erectos orco &
servatos Patres , omnes cæli libertate pi-
leatos ! O numerum daretur horum au-
gere ! ô ultima triumphi appendix pe-
dibus hærere possem triumphantis !
Vicisti , eia Amor Christe amatum.
En manus do vietas. Victrum eccur non
etiam in triumphum ducis ? Ecce se-
quar vel vincitus currum. Heu mihi ! sine
me hem jam nubes transit, hem Christus
habet

FESTA MOBILIA.

3

habet muros ! Hæc nimis ab infelix reduci victori unica corona derat , *Muralis*. Hanc quoque , dum primus hodie amor meus in cæli moenia evadit , Primus tulit . Sed ne animum despondete cæteri , qui bellum cælo facitis , & vi amicâ cæluim iris expugnatum . Auferet (iterum moneo) hanc etiam secundus , tertius , etiam ultimus . Imò ultimus primas feret , & quò profundius descenderit , hoc altius ascendet . Neque est , quòd viam multùm inquiramus quæ ad triumphum ducat . Impressit huic Christus vestigia sua , sanguine notavit .

HAC ITUR .

Ascendamus tum Christo corde , ut cùm dies ejus promissus advenerit , ascendamus & corpore . Sed cum Christo non ascendit superbia , non avaritia , non luxuria ; nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro . Ideo si post medicum desideramus ascendere debemus vitia depondere . S. Aug. serm. 2. de Asc. Dom.

FESTUM PENTECOSTES.

Non ego jam centum ora totidemque linguas , unam tantum ex iis opto , quas hodie cælum depluit . Jacebat è juventure studiosâ adolescens , quem in lectum non tam ægritudo quam scelerum pondus dejecerat . Cæcus interea non videbat ante orci fore se staro ,

A. 2. Surdus .